

daviti puke. Mi smo, bez nasce koristi, uboje talianske; a Ungarci i Turci sada su uboize nasce dize, nascih xenah i nascih starih otaza. Takva je pravda Boxja. Austria hochie da mi sada davimo Taliane i Ungarce, za ostati poslie zadavljeni i mi snjima zajedno. Probudimo se brachio: mislimo o nascim kuchiam izgorenim, o nascim xenam, i sinovim nascim zaklanim: priklonimo slavno nasce oruxje Barjaku svetoga Otza nascega Pape Pia developoga, i tercimo kuchiam nascim. Ako smo do sada mi naseu kerv prolili za sluxiti kakono uboize Austriu, prolijmo je sada za izbaviti od suxanstava nas i djezu nascu, za ne biti visje podloxi nikomu vech Bogu i nascemu slaynomu Narodu.

Na 15. otobra 1848.

VASCA BRACHIA
HERVATI.

16 Ottobre.

HUNGARICI FRATRES!

Cito, cito, currite in patriam vestram, in magnam et validam Hungariam, ubi hostes vestri, ferocissimi Croatarum milites, omnia bona vestra furantur, urbes vestras igne et gladio devastant, matres, uxores, sorores vestras violant, deturpant et crudeliter trucidant.

Protervus et saevissimus Banus Croatiae Jellacich jam jam ingreditur urbes vestras praeclaras: Posonium, Pestum, Budam et perantiquam sacramque Albam Realem, et ibi ferro et incendiis omnia destruit, libertates vestras conculcat, linguam ipsam vestram hungaricam vult delere et extingue, coactando vos ad croaticam loquelam.

Nolite igitur amplius permanere sub jugo iniquissimo Austriacae tyrannidis, quae mittit vos contra nos Italos, ut facilius possit cum barbaro et scelesto Croatarum exercitu, sub Bani Jellacich durissimo imperio, urbes vestras, oppida, templa, domus, palatia subvertere, et vos in perpetuam servitutem redigere et servare.

Surgite ergo, Hungarici fratres, surgite, ite et pugnate pro alma patria vestra, celebri Hungaria, pro religione avita, pro patribus, matribus, sororibus, uxoribus, amicis et consanguineis vestris, qui clamant ad vos, exspectant vos, ardenter vos cupiunt lacrymis a Deo redditum vestrum precantur, ut possint liberari a rapina, a gladio, ab igne, a saevitia barbarorum Croatarum, et ferissimi Bani Jellacich.

Surgite ergo, Hungarici fratres, surgite et currite in dilectam Hungariam vestram, ut salva, libera et fortis fiat praeclara, sed modo a barbaris contaminata patria vestra.

Austriaca domus Habsburgensis quam saepius sanguine vestro servastis incolumen, nunc regiones vestras sanguine patrum, fratrum et amicorum vestrorum inundat.

Currite igitur clamando: pereat Croatarum ferus exercitus, pereat Banus infamis Jellacich, pereat tristissima dominus Austriaca, et vivat, et salva, et libera, et potentissima fiat praeclara, robusta et nobilissima Hungarica natio.

Valete, et per saecula salvete, dilectissimi Hungarici fratres.